

## A FESTETICS-CODEX BŰNBÁNATI ZSOLTÁRAI.

A Nyelveléktár XIII. kötetében (1885) kiadott Festetics-codex 364—405. lapjain lévő »Penytcyá thartasrol walo psalmosok« a kiadó Volf Gy. »szerint a VI., XXXI., XXXVII., L., CL., CXXIX. és CXLII. zsoltárnak egész a fölismerhetlenségig szabad paraphrasisai.« Ez az állítás igen sajátos *contradictio in adiecto*-t foglal magában, mert vagy paraphrasisai az illető zsoltárok a Dávid-féléknek, és akkor ha még oly szabadok is, mégis csak föl kellene ismerszeni bennök a körülírt eredetiknek; vagy pedig ha csakugyan a fölismerhetlenségig szabad a paraphrasis, akkor nem az többé e szónak szokott értelmében. Nem is nyugodott bele ebbe a véleménybe *Boros Alán*, ki csak nemrég »Zsoltárfordítás a kódexek korában« (Budapest, Stephaneum 1903) cz. értekezése 70—74. lapjain e zsoltárokkal elég részletesen foglalkozik, s a Dávid-félékkel való egybevetésük alapján kijelenti, hogy »egymáshoz semmi közük, a legkisebb rokonságban sem állanak«. (70. l.) Alább pedig, miután a codex 5. zsoltárát a Dávid-féle 101. zs. latin szövegével szembeállította, így szól: »Még csak azt sem mondhatjuk, hogy eszméket, gondolatokat vett át a zsoltárból, mert az általános szorongattatás és bűnbánat gondolatán kívül a kettő között semmi rokonság sincs. Egészen elütő a Festetics-codex bűnbánati zsoltárainak stílusa, hangja, szerkezete, fölfogása, mint az ó-szövetségi zsoltároké.« Végül a kétféle zsoltárok eltérő nyelvezetét s a bennük nyilvánuló fölfogásnak kivált a megváltás eszméjét illetőleg egészen elütő voltát részletezve, arra a következtetésre jut, hogy itt »már az új-szövetség korában készült bűnbánati imádsággal van dolgunk«. Hozzáteszi még, hogy kétségtelenül nem a codex írójától erednek, hanem minden jel vallomása szerint fordítások, »ámbar általában jobbak, mint a többi zsoltárok fordításai«. (U. o. 74. l.)

Ezt a legutóbbit kivéve, aláírhatjuk a gondosan megírt értekezés szerzőjének minden idézett állítását, s hozzájárul Boros véleményéhez dr. Horváth Cyrill is, ki az Egyet. Phil. Közl. XXVIII. 683. lapján a Nyelveléktár érdemes kiadójával szemben az ifjú

szerzőnek ad igazat. Mindezek után azonban a kérdés lényegesebb része, hogy hát honnan kerültek e zsoltárok a Festetics-codexbe, még mindig megoldatlan maradt, mert az említett megállapítások csak negatív eredményre vezettek. Engem a kérdés további feszegetésére Szily Kálmán egy tavaly nyáron hozzám intézett levele indított, melyben az említett zsoltárok egyikében, az ötödikben, a 392. lap vége felé (Nyelvelméltár XIII. 97. lap 2. sor) előforduló rejtélyes *ogzattan* szó értelme felől tudakozódik. A Nyelvtörténeti Szótár, a melynek a Festetics-codexre vonatkozó adatai különben is nagyon hézagosak, e szóról nem ad, de az eredeti szöveget nem ismerve, nem is adhat felvilágosítást. Egyelőre magam is tanács-talanul állottam e szóval szemben, de legalább ösztönzést és alkalmat nyertem a kutatásra, a mely, mint ma nem minden öröm nélkül és a buzdító iránti őszinte hálával jelenthetem, eléggé meg-  
lehető eredményre vezetett.

Arra t. i., hogy a Festetics-codex szóban forgó bűnbánati zsoltárai nem kisebb embernek, mint *Petrarcanak*, a »Septem Psalmi poenitentiales«-e szószerinti hűségű, bár helyenkint eléggé esetlen és nehézkes, sőt nem is minden botlástól ment fordításai. Figyelmet érdemelnek tehát már szerzőjüknél fogva is; még inkább pedig annál az érdekes viszonymnál fogva, a melyben e zsoltárok Petrarca egyéniségével, egész erkölcsi mivoltával állanak. Mert e zsoltárok csakugyan annyira egyéni vallomásai szerzőjük lelkületének s azoknak a harcoknak, melyek egész földi életén át e nagy és nemes, bár sok gyarlóságtól hányatott léleekben dúltak, hogy most már nagyon természetesnek fogjuk találni, miért hasonlítanak e zsoltárok oly kevéssé, vagyis miért nem hasonlítanak egyáltalában a Dávid-félékhez. Nincs is más közös vonás a kétféle zsoltárok közt a 7-es számnál és a bűnbánat alap-  
érzésénél. Egészen másfélék azok, mint a Dante híres bűnbánati zsoltárai, melyeknek remek olasz terzinái mégis csak a szent-  
írási szöveget követik nyomról-nyomra, s csak a versforma kívánta amplificatióval írják körül a helyenkint szószerinti hűséggel fordított alapszöveget. Petrarcanál ellenben legfőleg általános bibliai reminiscenciáknak a stilusra való hatásáról lehet szó. Ezeknek kiböngészésénél azonban sokkal érdekesebb és hálásabb lenne a számos párhuzamos helyet Petrarca egyéb aszketikus munkái és levelei közt kimutatni, melyek e zsoltárokban lépten-nyomon meg-  
csendülnek. Mert e zsoltárok ép olyan subjectív, ha költőileg nem is oly becses alkotásai az írónak, mint a Canzoniere, s bennük ugyanaz a testi szennyből égi tisztaság felé vágyódó, vergődő lélek szólal meg, a mely a Laurához intézett sonettekben bájolja el immár egy félezred óta a világot édes-bús epedésével. Ugyanaz a természetimádó rajongás, ez a középkori embernél olyan új és meglepő érzés árad felénk a negyedik zsoltárból, a mely a Sorgue forrásai körül borús lelkére balzsamot kereső költőnek annyi panaszos sóhajából egészen modern érzéssel szól hozzánk.

E zsoltárokat Petrarca Sacramours di Pommiers (Sacamore de Pomeriis), akkor már cisterci<sup>1</sup> szerzetesnek küldötte (1367 vagy 1368-ban?) egy Velenczéből márczius 17-én kelt levél<sup>2</sup> kíséretében (Sen. X, I: XV. Cal. Apr.), a mely szerint már régebben írta, illetőleg diktálta szorongatott lelki állapotában (iam dudum in miseriis meis). Azt is elmondja ugyane levélben, hogy csak úgy hevenyészte, nem is egy egész nap alatt mondván tollba az egészet, kevesebb gondot fordítva a kidolgozásra, mint arra, hogy magának és másoknak lelki hasznukra legyenek (tam efficaciter utinam quam inculte). S. di P. csak 1367 vagy 1368-ban lépett a rendbe. Előbb a császári kabinet futárja volt, kívül Petrarca 1354-ben ismerkedett meg, s két évvel később vele együtt tette meg az utat Milanóból Prágába, hová IV. Károly császárhoz a Viscontiak követeként küldetett.

A zsoltárokról Körting i. h. 683. l. 1. jegyz. csak ennyit mond: »Von einer Besprechung der ‚sieben Busspsalmen‘ dürfen wir absehen, da dieselben nur aus aneinander gereihten Reminiscenzen der biblischen Busspsalmen bestehen«. A mi ép oly helytelen, mint Volf Gy. fent említett állítása a Festetics-codex bűnbánó zsoltáraitra vonatkozólag. Érdekes, hogy mennyire egybevág e két téves nézet, a nélkül, hogy a magyar tudósra a németnek véleménye befolyással lehetett volna, mivel Volf Gy. nem is sejtette, hogy a Festetics-codex illető zsoltárainak Petrarca művei közt lappang az eredetijök.

Petrarca bűnbánó zsoltárainak első ismert kiadása 1473-ban jelent meg Velenczében. (Gröber, Grundr. d. roman. Philol. II. 3. 964.)<sup>3</sup> Olasz fordításuk először Turinban 1497. (Hain 12806.) Újabb kiadásai közül a legjobb a *Levati*-féle (Bergamo 1821), melyhez a kiadó olasz fordítást is mellékelte.<sup>4</sup> Minthogy ehhez nem férhettem, sem kéziratot<sup>5</sup> nem használhattam, az idő rövidsége miatt egyelőre csak a Budapesten meglévő kiadásokra szorítkozhattam.

Szerencsére megvan itt Petrarca összes műveinek többekévesbbé teljes régi kiadásai közül az 1496-i bázeli és a jóval teljesebb 1554. évi bázeli. Amannak az akadémiai könyvtárban 1, a Nemzeti Múzeumban pedig 2 csonka és 1 teljesen ép példánya

<sup>1</sup> Szinte érthetetlen, hogy *Körting* (Petrarca's Leben u. Werke, Leipzig 1878, 333 l.) S. de P.-t karthauzinak mondja. Alighanem a Sen. X. I. vele egy sorban említett Gherardo-val, Petrarca öcscsével téveszti össze, ki csakugyan karthauzi volt.

<sup>2</sup> Op. ed. Basil. 1554 p. 952—958.

<sup>3</sup> *Hain* (12803) egy h. é. é. n. kiadás után egy 1473. évit említ, mely »per Albertum Stendal de Saxoniam« nyomtatott (12804). Nem tudom, ez-e a *Gröber*-nél említett velenczei. A többi XV. századbeli kiadást l. *Hain* 12805 és *Copinger* II. 2. p. 14, no 4710, 4711.

<sup>4</sup> *Ambr. Levati*, I sette salmi penitenziali di Dante Al. e di Fr. Petrarca. Bergamo, Mazzoleni 1821. 57—91. Verses olasz fordításuk az eredeti szöveggel együtt *Angelo Dalmistro*-tól, Trevigi 1825.

<sup>5</sup> Egy velenczeit említ *Valentinelli*, Codici manosc. di Fr. Petrarca . . . posseduti dalla Bibl. Marziana . . . Venezia, 1874. 61. l. 62. sz.

van meg. (*Hellebr.* 269, *Horváth* 475.) Emennek az akadémiai könyvtárban lévő példányát használtam. Ezek mellett még jó hasznát vettem a *Ludolphus Carthusiensis* »Expositio in Psalterium« (Paris, 1514) függelékében levő szövegnek, a mely három helyen egy-egy verssel bővebb az id. bázeli kiadásokban olvashatónál, és épen ez a három versiculus megvan a mi Festetics-codexünk magyar fordításában is. A további kutatás dolga lesz eldönteni, vajjon e három vers kézirati hagyományon alapul-e, avagy későbbi s esetleg olyan interpolatio, a mely csakis a Ludolphus-féle függelékben található szöveg sajátja. Ez esetben az a kérdés merül fel továbbá, mikortól fogva mutatható ki ez az interpolált szöveg, mert ennek a pontos időhatára esetleg a Festetics-codex szövegének terminus a quo-ját is segíthet meghatározni. (Nem a codexét magáét, mert ez másolat, a melynek keltét eléggé szűk határok közé szorítja az a körülmény, hogy Kinizsiné Magyar Benigna számára készült még Kinizsi Pál életében, mint azt a benne lévő »Pál uram betegségéről való imádság« tanúsítja.)

Egyelőre nem szólok a codex-részlet eredetijének szótári értékéről, mely ez esetben annyival nagyobb, mivel a codex többi része majdnem kizárólag szentírási vagy egyéb breviumi szöveg, tehát ismert és nyelvemlékeinkben számos párhuzamos helylyel megvilágosított szókincset nyújt; holott ez a néhány lap eddig a régi magyar nyelv kincsházának egy olyan elzárt fiókja volt, a melynek csak most, az eredeti szöveg előkerültével leltük meg a kulcsát. E szorosan nyelvészeti érdekű jelentősége mellett azonban van talán e kis leletnek némi irodalom- és műveltségtörténeti becse is. A Festetics-codex kiválóan díszes kezdőbetűi és lapszéli ékítményei miatt eddig is egyike volt a renaissance-kor legszebb hazai emlékeinek. Most, hogy e codex egyik darabjával a renaissance nagy úttörőjének, az első és legnagyobb humanistának a neve is bekapcsolódik középkori irodalmunk történetébe, e kéziratnak az értéke csak emelkedik; mert egygyel gyarapodik benne azoknak a tanuságoknak a száma, a melyek azt bizonyítják, hogy magyar szellemi élet a saját őszerején kívül mindenkor a nyugoti műveltség legjobb forrásaiból merített.

#### SEPTEM PSALMI POENITENTIALES FRANCISCI PETRARCHAE.<sup>1</sup>

##### *Psalmus I.*

Heu mihi misero, quia iratum adversum me constitui redemptorem meum, et legem suam contumaciter neglexi. Iter rectum sponte deserui, et per invidia longe lateque circumactus sum. Aspera quaelibet et inaccessa

<sup>1</sup> E szöveg megállapításánál első sorban a Festetics-codex fordítója előtt lehetett eredetileg igyekeztem — a rendelkezésemre álló eszközök szerény mértékéhez képest — annyira-mennyire helyreállítani. A variáns lectiók idézésénél B = Opera. Bazel, Amerbach Jánosnál 1496. (Hain 12749. Nemz. Múz. Inc. c. a.

penetravi, et ubique labor et angustiae. Unus aut alter ex gregibus brutorum, et inter lustra ferarum habitatio mea. In anxietatibus cum voluptate versatus sum, et in sentibus cubile meum stravi. Et obdormivi in interitu, et speravi requiem in tormentis. Nunc igitur<sup>1</sup> quid agam? quo me in tantis periculis vertam? spes<sup>2</sup> adolescentiae meae corruerunt omnes. Et factus sum naufrago simillimus, qui mercibus amissis nudus enatat, iactatus ventis et pelago. Elongatus ego<sup>3</sup> sum a portu, et viam salutis non apprehendo, sed rapior sinistrorsum. Video tenuiter quidem, sed hinc mihi gravius duellum, quia irascor mihimet et animae meae sum infestus. Irascor peccatis meis, sed ingenti miseriarum mole depressus sum, nec est respirandi locus. Saepe fugam retentavi,<sup>4</sup> et vetustum iugum excutere meditatus sum, sed inhaeret ossibus. O si tandem excidat a collo meo, excidet confestim, si tu iusseris altissime. O si mihi sic irascar,<sup>5</sup> ut te diligam vel sero. Sed multum timeo, quia libertas mea manibus meis labefactata<sup>6</sup> est. Iuste crucior, consensi, labore torqueor dignissimo. Quid mihi procuravi demens, catenam meam ipse contextui, et incidi volens in<sup>7</sup> insidias mortis. Retia mihi disposuit hostis, quocunque ibam et pedibus meis laqueos tetendit. Ego autem despexi, et incessi securus inter lubrica, et in peccatis meis mihi<sup>8</sup> blanditus sum. Credidi iuventutis decus aberrare,<sup>9</sup> et secutus sum quo me tulit impetus. Et dixi mecum: quid ante medium de extremis cogitas? habet aetas quaelibet fines suos.<sup>10</sup> Videt ista deus, sed irridet; facilis<sup>11</sup> erit ad veniam; converti poteris, cum voles. Tunc consuetudo pessima suum vindicat mancipium, et iniicit manus frustra reluctanti. Quo fugiam, non habeo; nam et ego vinctus sum, et refugium meum longe est. Moriar in peccatis meis, nisi mihi auxilium<sup>12</sup> veniat ex alto. Non merui, fateor; sed tu domine miserere et extende manum tuam<sup>13</sup> pereunti. Et memor promissionum tuarum, eripe me de faucibus inferni. Gloria patri etc.

*Psalmus II.*

Invocabo quem offendi, nec timebo; revocabo quem abieci, nec erubescam. Spem perditam restituum; audebo rursus ex his tenebris in

665. b.) *b* = Opera. Bazel, Henr. Petri 1554. *L* = Ludolphi Carthusiensis . . . in Psalterium expositio. Parisiis 1514. — A nyilvánvaló sajtóhibákat megjegyzés nélkül javítottam ki. A *dött* betűs sorok a II., IV. és VI. zsoltárban csak a Ludolphus-féle szöveg és a Festetics-codexbeli magyar fordítás közös sajátjai.

<sup>1</sup> *L* ergo

<sup>2</sup> *L* spes *B* spē, *b* species

<sup>3</sup> *L* (ego)

<sup>4</sup> *L* tentavi

<sup>5</sup> *Bb* *add.*: in peccatis meis

<sup>6</sup> *BL* labefacta, *b* labefactata

<sup>7</sup> *L* (in)

<sup>8</sup> *B* mihi *b* meis *L* meis mihi

<sup>9</sup> *L* oberrare, *Bb* non aberrare

<sup>10</sup> *L* suos fines

<sup>11</sup> *L* facilis *Bb* facillimus

<sup>12</sup> *L* auxilium mihi

<sup>13</sup> *L* (tuam)

caelum oculos attollere. Illic habitat redemptor meus, qui potens est ab inferis evellere. *Et gelidis artubus spem infundere, et extrahere iacentem de sepulcro.* Ego in me perii, sed in illo vita mea<sup>1</sup> permanet et salus in aeternum. Ille imperat morti, ille vitam praestat et restaurat; quis prohibet sperare meliora? Avolent, qui me terrificant: peccatum grande meum<sup>2</sup> nimis, sed miseratio domini immensa est. Peccavi infelix malis peiora<sup>3</sup> accumulans, et mihimet hostis acerrimus. Verius<sup>4</sup> enimvero omnes sordes meas una gutta vel tenuis sacri sanguinis absterget. Attamen unde mihi gemitus? Frange saxum hoc, domine, et fontes prorumpant<sup>5</sup> ex adamante durissimo. Fontes limpidi scaturiant, et descendant<sup>6</sup> in volutabrum, ubi assidue trux aper immergitur. Et deleantur<sup>7</sup> maculae vetustae, ut placere tibi possit habitaculum in me, dum mihi<sup>8</sup> displicet. Fiat mihi per noctem miseriarum mearum recordatio, et per diem spes salutis appareat. Temperem laeta cum tristibus, sed miserationum tuarum nunquam obliviscar. Ex quantis me malis erueris, et ut animam meam non deserueris in periculis multis. Lugeam poenitens de commissis, ad feliciora suspirem; de meipso<sup>9</sup> metuam semper, de te nunquam desperem. Fiat mihi thalamus meus purgatorium meum, et lectulus meus lacrimarum mearum conscius.<sup>10</sup> Et in corpore meo doleam, priusquam praeceps corruam in tartara. Miserere mei<sup>11</sup> domine, miserere; et opus tuum ne destituas, liberator meus et spes mea<sup>12</sup> ultima. Gloria patri etc.

*Psalmus III.*

Miserere domine dolorum meorum; <sup>13</sup> satis superque <sup>14</sup> volutatus sum, et in coeno peccatorum meorum marci miser. Et quid restat amplius afflicto? tempus inutiliter abiit, vitam in consiliis expendi.<sup>15</sup> Mors ante oculos meos adest, et domus novissima sepulcrum, et stridor ac gemitus gehennae. Quamdiu me deludit<sup>16</sup> hodiernus dies<sup>17</sup> sub expectatione crastini? quando incipiam ad te reverti? Siste iam fluctus ac procellas animi; illumina consilium cordis mei, et metam laboribus impone. Qui intellectum

<sup>1</sup> *L* mihi vita

<sup>2</sup> *L* meum grande

<sup>3</sup> *L* mala peioribus

<sup>4</sup> *L* Verum

<sup>5</sup> *L* prouant

<sup>6</sup> *L* detendant

<sup>7</sup> *L* diluantur

<sup>8</sup> *L* dum mihi *Bb*: dum (mihi)

<sup>9</sup> *L* memetipso

<sup>10</sup> *L* conscius mearum

<sup>11</sup> *L* (mei)

<sup>12</sup> *Bb* (mea) *L* spes mea

<sup>13</sup> *L* dolorum meorum domine

<sup>14</sup> *Bb* satisque superque

<sup>15</sup> *L* Et quid restat amplius? afflictio tempus inutiliter abiit. et vitam in consiliis expendi.

<sup>16</sup> *L* deludit

<sup>17</sup> *L* dies hodiernus

dederas, ut bene ageram, tribue voluntatem, et in actum dirige, ne exprobratione tui muneris confundar. Eripe me de<sup>1</sup> servitio hostis tui, et ne insultet in opus manuum tuarum, prohibe; quoniam alter qui prohibeat non est. Libera me de suppliciis aeternis; sit mihi pars purgationis labor meus, quo hic per singulos dies exerceor. Reliquum in<sup>2</sup> hac vita et in his membris exige, priusquam veniat tempus egestatis. Reduc me in vias tuas ante solis occasum, advesperascit enim, et nox est amica praedonibus. Coge me ad te,<sup>3</sup> si vocare parum est; denique ut libet, modo ne peream. Respice domine, vide,<sup>4</sup> miserere, succurre; quoniam tu solus omnes miseras meas<sup>5</sup> nosti. Gloria etc.

*Psalmus IV.*

Recordari libet munerum tuorum deus, ut sit mihi confusio ante oculos et rubor in genis meis. Sic enim forte misereberis, ubi non prorsus oblitum<sup>6</sup> videris omnium, quae mihi tribuisti, largitor optime. Tu mihi caelum et stellas, — quid enim horum indigebas? — tu mihi vicissitudines temporum creasti. Tu solem et lunam, tu dies noctesque, tu lucem ac tenebras discrevistis. *Aër est opus digitorum tuorum; serenitatem et nubes tu fecisti et ventos et pluvias.* Terram aquis involvisti, fecisti montes<sup>7</sup> et maria, valles ac planitiem, fontes<sup>8</sup> lacus et flumina. Haec intus variis seminibus fecundasti, circumquaque multiplici specie decorasti. Herbis virentibus vestisti campos, distinxisti colles floribus et silvas ramorum foliis. Fatigato requiem praeparasti, aestuanti umbras arborum et ad otium recessus amoenissimos. Sitiendi fontes lucidos, esurienti baccas omnis generis, et refectionis quam multiplicis alimenta. Quam multiformibus animantibus terras et pelagus<sup>9</sup> implesti, et circumfusos tractus aëris, quis cuncta dinumeret? Haec omnia pedibus hominis subiecisti; usque ad oblectationes varias amasti hominem. Nec me minus ideo quia cum multis; quin et singularia quaedam tribuisti<sup>10</sup> mihi. Tu corpus hominis prae cunctis creaturis adornasti; tu membra miris ordinibus collocasti. Os illi imperiosum ac serenum, spiritumque tui capacem et contemplatorem caelestium statuisti. Addidisti artes innumeras, quibus vita haec foret ornatio; aeternaeque<sup>11</sup> vitae spem dedisti. Ostendisti viam qua gradiendum foret; aperuisti aditum in tabernacula tua; monuisti quid cavendum atque unde declinandum sit. Deputasti comitem perpetuum

<sup>1</sup> L (de)

<sup>2</sup> L in Bb mihi

<sup>3</sup> Bb Cogere ire

<sup>4</sup> Bb (vide)

<sup>5</sup> Bb (meas)

<sup>6</sup> L prorsus oblitum Bb prorsum (oblitum)

<sup>7</sup> Bb fontes

<sup>8</sup> Bb montes

<sup>9</sup> Bb pelagos (!)

<sup>10</sup> Bb praebuisti

<sup>11</sup> L aeternae quoque

ac ducem; gressus omnes e<sup>1</sup> specula contemplatus es, et errores meos observasti. Cadentem sustentasti, labentem firmasti, errantem direxisti, prostratum sustulisti, suscitasti mortuum. Miseratus es labores meos totiens, ubi non misericordia, sed odio dignus eram. Et quibus meis meritis tam multa,<sup>2</sup> tam grandia gratis et indignus haec accepi? Pro his omnibus quid tibi retribuierim, vides; verumtamen miserere iterum et succurre, quia sine te morior. Ingratitudinum mearum ne reminiscaris amplius; sed salvam fac animam nil iam de propriis viribus sperantem. Gloria etc.

*Psalmus V.*

Noctes meae in moerore transeunt, et terroribus agitant innumeris; conscientia concutit insomnem,<sup>3</sup> et male mihi est. Somnus meus illusionibus variis turbatur, non mihi quietem afferens, sed laborem. Signum pestiferi eventus prohibe domine et occurre, quoniam adventantis mortis est indicium.<sup>4</sup> Dies meos in amaritudinibus exegi; consumpserunt me curae immortales, et animae meae litigio exasperatus sum. Corporis mei sarcina defessus ac curvatus ingredior, et terram invitus aspicio. Intus et extra mihi ipsi<sup>5</sup> sum molestus, utrobique hostes domesticos inveni, qui me pessumderunt. Persecutoribus alienigenis<sup>6</sup> patuit ingressus, et murorum custodia devicta est. Et ego somno gravis atque incautus, inter tenebras noctis oppressus sum. Nulla mihi spes salutis, nullum praesidium aliunde, sed in misericordia tua sperabo. Succurre, accelera, fer opem et miserere mei. Gloria etc.

*Psalmus VI.*

Circumvallarunt me inimici mei, perurgentes me cuspe multiplici. Obtorpui infelix et contremui vehementer; horror mortis superastitit mihi. *Incubui infelix in baculum meum et dixi: ecce perferam nec succumbam.* Non respexi ad orientem, nec unde debueram auxilium exspectavi, nec sicut dignum fuerat speravi. Propterea firmamentum, cui innixus eram, me destituit repente, et ego pronus in terram sum prostratus. Agnovi cadens quam debiliter stetissem; praedones insultaverunt corruenti. Spoliaverunt<sup>7</sup> me divitiis multis<sup>8</sup> quaesitis mihi de longinquo; tabe et cruore deformaverunt me. Vulneribus gravissimis confecerunt me;<sup>9</sup> semianimem atque nudum reliquerunt<sup>10</sup> in deserto. Caput et pectus meum transfixerunt, sed subter praecordia mea debacchati sunt acerbis. Illic vulnus situ putruit, illic vitae meae metuo, illic domine manus tuas adhibe velociter.

<sup>1</sup> L et

<sup>2</sup> L multa Bb digna

<sup>3</sup> Bb terrores agitant: innumeris conscientia concutit insomnem

<sup>4</sup> L indicium Bb iudicium (!)

<sup>5</sup> L mihi ipse

<sup>6</sup> L alienigeni

<sup>7</sup> L Spoliaverunt

<sup>8</sup> Bb delitiis (!) multis

<sup>9</sup> Bb (me)

<sup>10</sup> L reliquerunt me

Vivis enim salvator mi, et haec aspiciens ex alto tacuisti et passus es, quia ego promerui. Miserebeis fortasse, nec patieris in finem, quoniam tu solus potens es praescribere leges morti. Ipse arcebis carnifices ab interitu meo, quoniam in te spes mea magna est; ipse salvum me facies de manibus impiorum. Gloria patri.

*Psalmus VII.*

Cogitabam stare dum corruí; vae mihi quia duriter nimis allisus sum. Quo et unde redactus sum,<sup>1</sup> horresco dum memini et graviter contremisco.<sup>2</sup> Sperabam de viribus meis, et mihi quaedam magna promiseram. Somnia mihi fingebam et gaudebam; nunc delusus expergiscor cum lacrimis. Securus in periculis fui, laetus in aerumnis mediis, portum in tempestatibus<sup>3</sup> putavi. Circumspexi per nebulas, secutus sum transversas et tortuosas vivendi vias et infeliciter mulcentes. Nosti, quoniam tu semper mihi fueras finis, sed ad te per meipsum venire credens retrocessi per inextricabiles anfractus. Sentio nunc insidias ubilibet; piget<sup>4</sup> erroris tam longaevi; nec propterea subsisto ubi sit requies. Odio mihi sum et ago cuncta cum fastidio: vim patior et aliud non licet. Novum propositum mos vetustus opprimit; et cum recta placuerint, relabor ad solita. Quotiens iam oscitans ad vomitum redii, et subinde stomachans dixi: quousque hoc<sup>5</sup> et quis erit finis? Iustum supplicium animi insolentis scio quod<sup>6</sup> me perdidit; nihil eram, et supercilium erexi. Agnosco<sup>7</sup> nullam fiduciam hominum,<sup>8</sup> nisi in deo; et si parum video, illucescat clarius. Aufer a me domine praesumptionis spiritum, et humilitatem tribue placentem tibi. Nequando extollar inconsulte, et mihi de me mentiar, sed perseverem in tremore tuo. Limus et umbra tenuis sum et fumus ante impetum ventorum, ita mihi videor videri. Ita mihi videar semper, et in hac opinione permaneam sobrie ac salubriter sub umbra tua. Quotiens hinc pedem movero, concidam et ludibrium<sup>9</sup> persecutoribus meis ero. Scio et expertus metuo, operuit me iam similis ruina. Et adhuc exsurgere non valui, sed inenarrabilibus urgeor miseriis. Tamdiu<sup>10</sup> foedus versor in sanguinibus, et in luto concupiscentiarum mearum iaceo. Erue me Christe Jesu et misericorditer sustenta, ne corruam sub extremis. Gloria patri etc.

<sup>1</sup> *Bb* (sum)

<sup>2</sup> *L* contr. graviter

<sup>3</sup> *L* aerumnis: mediis portum in temp.

<sup>4</sup> *L* insidias, ubilibet piget

<sup>5</sup> *L* haec

<sup>6</sup> *Bb* quid

<sup>7</sup> *L* Agnoscens

<sup>8</sup> *Bb* homini

<sup>9</sup> *L* ludibrio

<sup>10</sup> *L* Jamdiu